

- 5. Et nomen Virginis Mariae. Iterum Marię nomen in ipsamet Dominica incarnationis die de cheluro evoluitur Divinitatis, into a Deo concilio, & sermone factu cum Angelis de Mundi reſtauratione, a n. 229.
- 6. Et nomen Virginis Mariae. Inter plures alias hujus facerrimi Nominis ſignificationes, celebris illa eſt ab Ambroſio aſſignata lib. de Inſtitur. Virg. c. 5. *Speciale Mariae Dominus hoc nomen invenit, quod ſignificat, Deus ex genere meo. Quasi hic brevis Marię nomen Miriah, conſtitur ex præpoſitione min, & rehem, que vulvam, ventrem, ſive uterum ſignificant, & ex Dei nomine Fab, quod Deum contractum, puſillum, ſeu diminutum portendit, ut ex iis dictionibus aſſurgat per compendium miriah, id eſt ex ventre, utero meo Deus Filium igitur Deum hæc Marię nomenclatio deſignat, & ſublimiorem Virginis operatio em, que eſt maternitas. Cæterum, cum illud nomen Virgini fuerit impoſitum, paucis a nativitate diebus interjeſtis, præmaturum nimis, & intempeſtivum videtur, cum nondum hominem Deum intra viſcera ſua genuerit. Aſt Deipara ſemper Dei exitit Mater, atque adeo Marię ſemper nominanda, n. 614. & a n. 2114 & 1179.*
- 7. Et nomen Virginis Mariae. Hoc nomen nonnulli derivant a radice *ſaroch*, a qua oritur mare, que non ſolum *Magiſtram*, & *Doctrinam* ſignificat, ſed *ſaculatricem* etiam: unde Ra. Salomoni perinde eſt *Maria*, atque *Marię ſaculatrix*. Atqui imprimis de Deipara magiſterio nonnulla obſervavi a n. 2249. Vide *Maria*, in Indice n. 45. Rurſus *Marię ſaculatrix* nominatur, ut hoc ſuo nomine triumphos præferat ab ipſa reportatos de tartareo dracone, quem Iobus deſcribit ſub Leviathan, ſive ceti maris nomine, & ſymbolo, a n. 483. & a n. 1191. & a n. 1182. Et vide *Maria*, in Indice n. 17.
- 8. Et nomen Virginis Mariae. Nomen quidem non ab hominibus, ſed a Deo impoſitum, ut ſingulari ſuum in Matrem dominium, & poſſeſſionem exprimeret: Nam penes quos eſt verum dominium, ij quibus volunt nominibus res eas cenſent, ut aiebat Moyses Barzæphas de Parad. c. ultimo. Certè Deipara ab infantis ſuę Conceptionis a Deo poſſeſſa peſſeſſa eſt illius dominio, a n. 2122.
- 9. Et nomen Virginis Mariae. Hoc nomen Chryſologus ſer. 146. *Collegium ſanctitatis* appellavit. Et de eodem Methodius Orat. in Hippantem: *Tuum, Dei Genitrix, nominat in benedictionibus, & gratias omni ex parte referunt.* Propterea Deus in tyrum hujus SS. Nominis congregationis aquarum appellavit *Maria*, Mariam deſignant, in quam univerſa gratiam flumina intrant, a n. 2099. uſque ad 2110. & num. 475.
- 10. Et nomen Virginis Marię. Perinde eſt *Maria*, ac *Dominica*, juxta multorum interpretationem. *Parit ergo gratia* [id eſt, *Anna*] *Dominam*; quod poſſeſſo ind. *at Maria nomen, nam re vera Dominica facta eſt omnium creaturarum, cum conditoris omnium effecta eſt Mater*: Damalc. 4. de Fide c. 15. Nullo unquam tempore non *Dominica*, atque adeo *Maria* ſemper appellanda, a n. 692. & a n. 1176. & a n. 1400.
- 11. Et nomen Virginis Mariae. Hujus nominis etymon aliud eſt *illuminata in ſe*, ut S. Thomas obſervat Opulc. 8. Porro *luci primigenia* ſimilis *Maria* fuit a puncto ſuę Conceptionis, n. 602. & 636. Et ſolis inſtar ex tunc etiam, in munda, pura, ac lucida, a n. 183. Et *aurora* ſimiliter, a num. 174. & a n. 1227. & 1204.
- 12. Et nomen Virginis Mariae. Rurſus hoc nomen *illumina tricem in alios* ſonat. Omnia enim, & ſingula gratiæ & glorię lumina a *Maria*, & per *Mariam* iuſtis erogantur; imò & Angelis, & quodammodo Deo ipſi, a n. 1041. *Illuminatrix* noſtra *Maria* ſonat, quia ipſa per Incarnationis myſterium effectit, ut *Chriſtus* indeficiens *Eccleſię* lumen nobis aſſulgeret, a n. 1028. Ac demum noſtra eſt *illuminatrix*, quia magnum ejus negotium eſt Nationes omnes illuminare Evangelicę doctrinæ luce, a numer. 2390. Vide *Maria*, in Indice n. 41.
- 13. Et nomen Virginis Mariae. Multi hoc nomen *Stellam maris* interpretantur, arbitranturque ſtellam maris eſſe *lunam*, a n. 106. Et quidem luna adinſtar *Maria* exitit ab inſtantis ſuę Conceptionis, a n. 176. Calcei *Marię* lunati, quia ſemper filia Principis, a n. 1277. Silente luna caput draconis conculcavit *Maria*, n. 807. Vide *Stella*.
- 14. Et nomen Virginis Mariae. Nomen hoc ab Hebraico *myrrham* ſignificat *plurimum*, ſeu multiplicem myrrhæ congeriem, n. 731. Per quam certè *Marię* præſervatio ab originali, & actualibus culpis bellè deſignatur, a num. 728. & a n. 1311. 1337. Necon gratiſſimus *Mariani* nominis, & famę odor quaquaeverſis, quo homines ad *Chriſti* trahuntur poſſeſſionem. De quo *Idiota* de contempt. Virg. c. 5. *In prædicatione Apoſtolorum in omnem terram exivit ſonus tui SS. nominis, & manifeſtum toti Mundo factum eſt*, a n. 1991. Hoc odore, demones fugati, n. 732. Vide *Myrrha*.
- 15. Et nomen Virginis Mariae. Nonnullis *Maria* idem eſt, ac *flamma maris*, id eſt, *pharus* navigantibus, & iter agentibus portum, & itineris terminum oſtendens ex edito loco,

Vnde ad *Mariam* S. Ephrem ſer. de ejus laud. *Ave clariffima lucerna* [Græcè *pharos*] *in portibus navigantibus viſiſſimus*, n. 2252. & a n. 1107. igitur in *Mariam* oculos, cogitationes, & ſtudia dirigamus, ne toto cœlo aberremus, a n. 68.

16. Et nomen Virginis Mariae. Item, *Dominica maris*, *Marię* nomen eſt, & ſonat. Rectè videtur, quia *Maria* compoſitit, ac prohibet perſecutionum procellas adverſis *Eccleſiam*. *Marię* Dea *Ampbirivis* appellabatur, quia fluctus circumquaque te it, ſuper undas, quaſi ſuper ſolidam terram, inambulans, uti obſervat S. Fulgentius in *Mytholog.* Verè id, jureque potiori de *Maria* prædicanda, & de ipſa prædicante, in fluctibus maris ambulavit, a n. 1153.

17. Ne timeas *Maria*. Ad primum *Gabrieli* congreſſum, primaque verba, quibus *Virginem* ſalutavit, in animo ipſa ſuo evoluit primæ Parentis lapſum, ac deceptionis primæ caſum, ut *Andreas Cęſar*, exiſtimat, n. 2112. Vt verò *Angelus* timore illum excutit, & ſecuram *Deiparam* redat, ſuadeatque ab originali delicti ſervitute immunem proſuſiſſe, *Mariam* nominat, id eſt, ſemper *Dominam*, ingenuam, liberam, utpote quæ Deum in ſuo utero erat genitura, n. 1158.

Pro Feſto Preſentationis B. Virginis.

- 1. Extollens vocem quædam mulier de turba. Luc. 11. Certè hæc ſcœmina non niſi Deo aſſata in hæc *Deiparę* encomia prorumpere non poterat. In *Maria* quippe dilaudanda omnis Dei ſapientia intenta, num. 167. Vide *Maria*, in Indice num. 46.
- 2. Extollens vocem quædam mulier. Quæ hæc mulier *Marcela*, ſive *Stella* appellabatur; puella *Tyria* erat ex *Tyria* urbe, quæ *Hiſpanientes* civitates [Tyri colonias præluſit] portendebat, *Marię* dilaudandæ intenta voce ad diſtiſſimos, a n. 1520.
- 3. Beatus venter, qui te portavit etc. Hinc planè, id eſt, quia *Mater Dei* hominis extat, indecibilis, atque ineffabilis *Deipara* eſt, n. 159. Et omnium encomiorum leges excedit, n. 160. Ipſa ſeipſam pro dignitate poteſt dilaudare, a n. 161. Imò tanta eſt *Virgo*, ut ne ipſa quidem ſuam potuerit comprehendere magnitudinem, n. 167. Digniùs ab Angelis, & hominibus dilaudatur ſupore, & admiratione, a n. 168.
- 4. Beatus venter etc. Quorſum hæc ſcœmina *Deiparam* commendat, cum *Chriſtus* ipſe fuerit, qui *Evangelicæ* munus curaverit, dæmone excluſoſ ille non *Chriſti* ſolummodo, ſed *Virginis* etiam fuit viribus curatus, & *diabolus* excluſus. Jam enim *Maria*, vel a ſuę Conceptionis puncto, primum de *Dagone* muto, ſive de *Dagonica*, & muta *Veneris* triumphum reverterat, n. 427. 576. 488. 1181.
- 5. Beatus venter etc. *Marianæ* agitur in *Templo* Preſentationis ſolemnitas, quæ triennio inchoato, aut illo completo, contigit. Quid ergo eſt, quod uterus *Marię* plenus, & turgentia ubera commendatur, que ad futuram Verbi Incarnationem ſpectant? Certè quia illa ſemper *Dei* Mater fuit, atque adeo ſemper Deum hominem ſuo utero portatſe videtur, num. 614. & a n. 2114.
- 6. Beatus venter etc. Cùm *Maria* Deo ſiſtitur in *Templo*, ac devoveret in ipſo vitę principio, *Dominicę* Incarnationis mentio fit, quæ ſumma exit *Virginalis* uteri, & uberum operatio. Opportunè quidem jam Incarnationis opus quaſi perfectè in *Marianis* viſceribus peractum proponitur, dum rei principium tam ſaultum, tamque Deo amabile extat: Principium enim dimidium totius eſt, imò potiſſimum, imò totum, a n. 876.
- 7. Beatus venter etc. Hinc revoca *Regii* Vatis verba *Pſal.* 44. *Aſſiſit Regina etc.* de quibus a n. 677. unde opportuniora ad rem ſeligas. Monet deinde *Deiparam*, ut paternos deſerat *Lares*, populoque excedat, quando quidem ipſa excedit, ut ſic Verbum *Patris* ad ſuum trahat uterum: *Audi filia etc.* a n. 778. Ac demum ventris meminit *Mariani*: *Omnis gloria ejus ab intus*, id eſt, a viſceribus, vel a vitę principio, in quo univerſe *Puellę* gloria, ad quam deinde evecta, continetur, n. 883.
- 8. Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodunt illud. Particula illa, *quinimò*, non adverſativa, ſed comparationis nota eſt: Quasi *Chriſtus* *Marcelę* maternitatem *Marię* commendanti aperuerit, quid in *Matre* ſua maximum, ac digniſſimum, quid potius & antiquius eſſet, nempe animi maternitas, gratiarum cumulus, heroicę Virtutes, & egregia merita, quibus in ſua viſcera *Filium* Dei rapuit, & quibus elucidandis præſens videtur inſtituta ſolemnitas. Vnde S. *Luſtinus* in *Explicat. Quęſt. q. 133.* *Quoniam non quamvis mulierem Deus delegit, quæ Chriſti Mater fieret, ſed quæ cateras virtutibus anteciret, idcirco etiam Chriſtus ab ea virtute Matrem ſuam beatam dici volebat, ex qua digna habitata eſt, quæ Virgo Mater fieret.* De gratiarum plenitudine in *Deipara*, vel ante Incarnationis myſterium, a n. 2107. 1328. 557. & a n. 702. Et de heroicis ejus virtutibus. Vide *Maria*, in Indice, n. 20.

- 9. Beati qui audiunt etc. Juxta horum verborum explanationem proximè datam, ad rem ſpectat S. *Damaſc.* 4. de Fide c. 15. cùm de *Deipara* inquit: *In domo Domini præſentata, & impinguaſta ſpiritu, veluti oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta eſt etc.* *Re decubit eam, qua in ſinu Deum ſuſceptura erat.* igitur ad inſtar *olivę* pulcherrimæ in loco uberi, plantatur *triennis* *Virgo*, ut digna illius *Mater* eſſet, cujus nomen (id eſt, perſona) *oleum effuſum* eſt. Vide ut hæc abundè illuſtres, a n. 1840. Et de *olivę* dotibus, plantatione, & ſymbolis, a n. 1626. & a n. 1834. & a n. 1325. *Divina* item gratia per *oleum* deſignata, a n. 1323. Hęc in nos copioſe proſiuit a *Deipara*: uti ab *oliva* fructifera in domo Domini, a n. 2102. & 2199.
- 10. Beati qui audiunt etc. Rectè hic S. *Auguſt.* lib. de *S. Virginit.* c. 3. *Materna propinquitas nihil Maria præſuſſet, niſi felicium Chriſtum corde, quam carne geſtiffet.* Corde *Deipara* Deum concepit, & perpetuè geſtavit, vel ab inſtanti ſuę Conceptionis; & quem ſemel corde ſuperbis virtutibus exulto apprehendit, nunquam dimiſit. Sic felicior hæc *Virginis* maternitas felicium emulatur eternam primę *Triados* perſonę paternitatem, cum æternus *Filius* ex corde *Patris* procedat, *Pater* quoque corde retineatur ſemper, a n. 321. Sic *Virgo* in utero cordis *Chriſto* præviè concepto, eundem potuit in utero carnis ita facile concipere, ut perinde videatur eſſe utero conceptiſſe, atque corde genuiſſe. Unde ex hac cordis, & uteri communione apparet, quomodo eximium Incarnationis beneficium, utpote ſummum amoris opus, ex corde tum *Pater*no, tum *Mater*no ortum trahat, a n. 345. Subinde ad mores deduxerit, *Chriſtum* ex *Pater*no, *Mater*noque corde procedentem, in nobis non niſi cor præſertim amare, in corde quiſcere, & retineri, a n. 892.
- 11. Quinimò beati, qui audiunt etc. Laudavit *Marcela* externam *Virginis* gloriam a viſceribus, & uberibus, quibus *Dei* *Filium* genuit, & aluit: ſed *Chriſtus* ipſe gloriam *Matriſ* internam beatorem potiùs dilaudat. Quid hoc? *Moraliffimè* accipe. *Perfectus* homo totus interior debet eſſe cordis homo, qui Deum habeat internæ ſuę glorię inſpectorem, & laudatorem, a n. 867. Sed ea debet eſſe interioris hominis ſanctitas, ut ab intus ad corporis hominem emanet, n. 874.
- 12. Quinimò beati etc. Quasi dicat [inquit *Auguſtinus* tract. 10. in *Joan.*] *Mater mea, quam appellatis felicem, inde felix, quia cuſtodivit ipſum Verbum Dei, quod in illa caro factum eſt.* Nonne animadvertit, quam arcta conjunctio ſit, quamque perfecta ſimilitudo, & quædam quaſi identitas inter *Dei* Verbum a *Virgine* auditum, & *cuſtoditum*, atque inter ipſum æternum Verbum ab æterno *Patre* genitum, & in *Mariano* utero corporatum? Scilicet *Evangelicę* doctrinæ æterni Verbi naturam, & attributa emulatur, a n. 2324. Et *Deipara* adeo ſemper legi divinæ, & *Evangelicę* verbo auſcultandis, & cuſtodientiſſima intenta fuit, ut hæc obſervatio pro elegantiori mundo muliebri ei exiterit, a n. 2408.
- 13. Beati qui audiunt etc. *Aurem* *Deiparę* *Chriſtus* commendat, poſt commendatum a *Marcela* uterum. Opportunè; nam ſicut prolatum verbum intrat per aures, ſubitque audientis cor; ita *Dei* *Filius*, ſive *Patris* Verbum, per *Virginis* aures intratſe dicitur in utero, & progneratur, n. 341.
- 14. Que munera Virgo obierit quamdiu in Templo commoratur, explicat *Philippus Abbas* c. 10. in *Cantica*: *Ex quo gratia plenioris Virgo Sanctuarium eſt ingreſſa, ardens amore nimio in deſeſſam noſtrorum omnium curam gerit; Mundum preſumptuſſimis gaudet cura perſervare, & inſanas *Frigeſcentis* affectu ferventiſſimo reſarcire.* Semper enim *Deipara* avidiſſimè expectit, & procuravit omnium ſalutem, a n. 2197. Et magnam ejus negotium fuit ſemper, nationes omnes illuminare, a n. 2390.

Pro Virginis Matris Annuntiatione.

Vide ad *Chriſti* Feſtivities, pro Incarnatione. Et vide *Maria*, in Indice n. 36.

Pro Viſitatione Beate Virginis.

- 1. Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione. Luc. I. *Origenes*, uti etiam alii multi: *Maria ſtatim ut audivit Angelum, conſurgens venit in montana.* Cùm autem plerique arbitrentur, media nocte ab *Angelo* ſalutatam, & Verbum concepiſſe, dicendum videtur, primo manè feſtinatum iter arripuiſſe. O quam tempeſtivè hic reſonant, ſibi que conſonant & *Evangelicę* verba, & *Angelorum* voces illæ: *Quę eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens*: Ut aurora conſurrexerat *Deipara* adverſus ſtygium draconem à primo ſuę Conceptionis articulo; modo quaſi aurora progreditur, & iterum conſurgit adverſus eundem draconem, qui *Joannem* primævã culpã irretitum habebat. Rem illuſtres ex dictis a n. 174. & n. 1013. & 1227. Vide *Maria*, in Indice n. 42.

- 2. Exurgens Maria abiit etc. Iterum contritura *Tartarei* draconis caput, id eſt, originale peccatum in *Joanne*, citò conſurgit, & feſtina pergit in montana. O quam pulchri greſſus *Marię* ſic feſtinantis, & conterentis! n. 157. 1187. 1279. En duellum inſtauratur inter ſerpentem, & mulieris ſemè: Ipſa, ipſumque contrivere ſerpentis caput citò, velociter feſtinat. Quò revoces dicta a n. 141. 1114. 1182. 2164. Et *Jobi* vaticinium de *Chriſto*, ac *Deipara*, de quibus prædicit: *Qui parati ſunt prompti expediti, in promptu, & prociudũ ſulcitate Leviathan*, a n. 1204. uſque ad 1229.
- 3. Abiit cum feſtinatione. E *Galilæę* oppido, ubi & ipſa concepta, & *Chriſtum* ipſa concepit, clauſumque ſuo *virgineo* utero habebat, quoſi rotam in medio rotę: quod *Galilæę* etymologia portendit, id eſt, *volubilis* *Rota*, a n. 560. Et quidem bonæ fortunæ rota *Deipara*, non cœca, ſed multocula ad *Joannem* locupletadũ velociffimè volvitur, a n. 71.
- 4. Abiit cum feſtinatione. Cœlorum exprimens velocitatem, & naturam, quibus benefacere feſtinata volubilitate innatum eſt præſertim cùm intra viſcera *Chriſtum* portaret *juſtitie* ſolem, n. 561. 1213. Quò revoces *Malachię* verba, a n. 970. & 979.
- 5. Abiit cum feſtinatione. Credas, *Deiparam* multis comitantam Angelis ei famulantibus, in ardua montana feſtinanter aſcendiſſe, feſtino greſſu deferentem intra ſua viſcera corporatum *Dei* *Filium* in homines amore multo exardeſcentem. Quò referas *Ezechieleſ* curram rotum miris feſtinationibus addiſſum. In quatuor illis animalibus, & rotis pennatis, oculatis, quadriformibus feſtinum agnoſcas *Angelorum*, & *Archangelorum* famulatum *Virgini*, & *Chriſto* exhibitum, a n. 212. 219. 226. Per firmamentum cryſtallinum ſtellis variegatum, animalium capitibus, & rotis ſitu alius, *Deiparam*, ejuſque uterum *Deo* plenum deſignari S. *Gregorius* *Thaum.* antum; uti & *Chriſtum* *Virginali* utero vectum, per illud *Principis* ſimulachrum ignitum, & reſplendens, a n. 1911. 1961. 958. Et licet hæc divinæ glorię quadriga eò ſpectaret tunc, ut *Joannem* originalis injurię clauſtris obſeratum libertatem aſſeret, nihilominus tamen, cùm omnes mundi plagas illa reſpiceret (de quo n. 1919.) *Marię* beneficentiam portendebat in univerſos Orbis partes exilientem, ut omnibus ſuccurreret, ac mederetur; quod quidem magnum ejus negotium extat, a num. 2390.
- 6. Abiit cum feſtinatione. Erat æterni *Patris* *Verbum* in *Maria* quaſi in charta exaratum mundiffima, de quo a n. 353. Fuerat *Spiritus* ſanctus, qui illud quaſi ſcriba promptè ac velociter exaraverat, unico temporis momento, ut n. 357. Deſcriperat *Virginis* uterum *Iſaias* veluti librum grandem, & *Chriſtum* in eo ſcriptum commendaverat à tam præpropera velocitate in ſubveniendis hominibus peccato originali conſcriptis, ut ab ea nomen accepturum prædixerit, ut n. 357. & a n. 622. Si ergo *Maria* quaſi magnum *Dei* volumen exaratum præ ſe fert tam celere corporati Verbi feſtinationem, quid mirum ſcripturã ipſa ad properos greſſus impellatur, ut miſericordiã pignora citò impendat?
- 7. Abiit cum feſtinatione. Bene *Ambroſius* hinc: *In montana Virgo cum feſtinatione, Virgo officii memor.* Et *Bedæ* ſimiliter: *Feſtinat religioſa pro Officio.* O quam paucis multa! Aſt quod erat *Marię* Officium? Certè ubi primũ mundum redemptionem concepit, de *Dei* *Mater*, & omnium *Regina* effecta eſt, ejus officium fuit uni captivorum hominum redemptioni impenſus incumbere, redemptionis pretium, copiam divinæ gratiæ, & miſericordiã omnibus exhibendo, a n. 1834. Et quidem ſublimior *Principum* majeſtas tunc maximè proditur, cùm ſubditorum emolumentis inſerviunt, a n. 1120.
- 8. Abiit cum feſtinatione. Cum omnia *Dei* bona, ipſumque bonorum omnium ſcaturiginem Deum intra viſcera ſua contineret, non ea in ſe ſtagnavit, ſed illico copioſè ac largiter in homines profundere feſtinat: Vt enim egregiè *Guerricus* ſer. de *Nativ. Ioan. Bapt.* *Verè gratia plena Maria, manifeſtè Deus totius gratia in ea erat, de cujus munificentia tam copioſè in matrem, de matre in Joannem, de Joanne in parentes, gratia largitas profluerebat.* Vt noveris? bona, quæ tibi ſolſerviunt, neque aliis communicantur, ſerè nulla cenſeri, a n. 1041.
- 9. Abiit cum feſtinatione. Rectè *Bernardus*: *Vas liquore plenum, & moveatur, de facile ſubvertitur, & effundit liquorem.* Erat *Deipara* vel ante *Chriſti* conceptum gratiã plena, erat poſt conceptum multò plenior, erat ipſo corporato *Dei* Verbo pleniffima, quod *oleum effuſum* appellatur, id eſt, in *Hebręa* ſonã, effundi paratum, naturã ſua fluidum, & tam anxie fluere geſtiens, ut vim quandam paſſatam in vaſe incluſum, n. 974. 977. & 1886. Vt igitur abundantior eſſet effuſio, & velocior per viam, compita, ac diverſoria, quæ *Maria* peragravit, properanti motu abiit in montana. Summa *Dei* exprimitur velocitas in benefaciendo hominibus n. 940. Et quam ardentè exoptet noſtram omnium ſalutem, a n. 2172.

- à n. 2172. quemadmodum & Deipara etiam, à n. 2197.
10. *Et intravit in domum Zachariae.* Animata, figurataque, non veteris, sed novi Testamenti Arca Deipara est, inra viscera Christum continens perfectæ libertatis legem, manna celeste, & miraculosa virgata, n. 481, 1106, 2160. Vetus illa veteris legis Arca, quæ erat Mariæ umbra, cum in domum Obededom divertisset, ibique tribus detineretur mensibus, ejus hospitem, totamque ejus familiam celestibus cumulavit, & amplificavit muneribus 2. Reg. 6.
  11. Longè majoribus auxit Dei Mater beneficiis Zachariæ domum, cum ibi manserit quasi mensibus tribus, uti Evangelista observat, n. 441. Ioannem in primis ab originali delicto liberavit, triumphum de Tartareo dracone reportans; ut olim antiqua Testamenti Arca de Dagone, n. 576.
  1188. Mox Ioannes exultavit in utero: Vbi Græcus Auditor apud S. Thom. *Saltat in utero, quod maximum existit in gaudio; tripudium natiuitate antiquius.* Quod spectat Regis Davidis saltatio, & tripudium coram Dei Arca, prævidens in spiritu Deiparam, n. 442. Vide Arca.
  11. *Et saluavit Elisabeth.* Quis? Puer Iesus per Mariam: Nam vox Virginis (ut Theophyl. explicat) vox erat Incarnati in illa Dei. Quid mirum, si Ioannes eam vocem audiens numerofo subleuat tripudio? Est enim Christus vox harmonica, musicusque concentus humanis auribus jucunde contempertus, à n. 360. Imò beneficium animarum incantator est, incantans incantationes demonis callidas, à n. 366.
  12. *Repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedictus tu etc.* Prius repletur Spiritu sancto, ac deinde Mariæ encomia exclamando evulgat: quia Deipara indicibilis est, & ineffabilis, à n. 159. Atque adeo eam pro dignitate laudare, & magnum Dei solius opus est, à num. 164. Laudanda itaque admiratione, & stupore, à num. 170.
  13. *Benedictam in mulieribus.* Verè Deipara majori, & uberiori benedictione supra omnes creaturas abundè ditata est vel ab instanti sue Conceptionis, n. 829. Quomodo cumque sumatur benedictio in sacris Scripturis, adeo largiter Virgo præ omnibus fuit benedicta, ut ipsa sit, & appelletur ipsissima Dei benedictio, n. 2055.
  14. *Et benedictus fructus ventris tui.* Particula, & ut alibi sæpè, causalis est: Quasi dicat: idèd præ omnibus benedicta, quia benedictus fructus ventris tui, quia nempe Mater Dei es. Vide Maria, in Indice, 14. Et signatim preme Isaiæ vaticinium: *Egredietur virga etc.* (id est quia) *spis de radice etc.* n. 574, 849, & 1487. Et de hoc Mariani uteri fructu prædictiones aliquot, n. 456, 2114, 2270.
  15. *Magnificat anima mea Dominum.* Deipara se ipsam dilaudat, ut pro dignitate dilaudaretur à pura aliqua creatura, à n. 158. Imò adde, tantam esse Virginis excellentiam, ut ne ipsa quidem perfectè poterit eam verbis explicare, neque cogitatione comprehendere, n. 163.
  16. *Et exultavit spiritus meus etc.* Vnde exultavit? Vnde Isaias prædixerat, quia induit illum Deus vestimentis salutis &c. à n. 738. & n. 60.
  17. *Quia respexit humilitatem ancilla sua.* De hac Mariæ humilitate Deo grati summpere, vide Maria, in Indice n. 20, & vide Humilitas.
  18. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Vide Maria et respicit propugnatores suos, & de e scribentes, in Indice n. 31. Et de gratissimo Mariane odore per totum orbem diffuso, à n. 1991. Et quid mirum, si ab universis Nationibus beata conclametur, si omnes illuminat Evangelicæ doctrinæ luce, à n. 2390. Vide Maria, in indicen. 42.

Pro Purificatione Deipara Virginis.

1. *Postquam completi sunt dies purificationis Mariae etc.* Luc. 2. Quid munditiæ fons, quid lucis puritas, quid nivium candor, quid Deipara, quæ Deum hominem illibata concepit, & integra peperit, quid cum purificationis lege, qua non tenebatur? Certè ne aliquid finistrum de perpetua Virginis puritate concipiatur, præcavet propheticè Abacuc c. 3. juxta Cyrilli Ierosolymitani expositionem Orat. de Occursu Domini: *Hodie Deus ex Austro in Sion venit; e Bethleem in Ierosolymorum civitatem ingreditur.* Subinde facile tibi erit Vatis verba premere pro re nata: vide n. 340, 1174, 2383.
2. *Postquam completi sunt dies.* *tulerunt puerum etc.* Ne aliquam ignominiam notam subinsinuare videatur purgationis vox, Simeoni hodierna luce Templum ingrediens Virgo, multo ac divino lumine convestita apparuit, n. 960. Et tanquam solis curru solem iustitiæ portans, n. 197. Quò advoces Apocalypiticam illam Heroinam sole circumvestitam, lunam calcantem, & stellis coronatam, quam sic luminosam describit Epiphanius, dum in ejus ulnis Puerum Iesum gestat mediatur, n. 170, 578. Et quidem jam hæc luminosa Dei

- Genitricis imago in Empyreo cœlorum Templo (in quod nihil intrat conquinatum) vel ab initio sæculorum apparuerat Angelis adoranda, à n. 1103.
3. *Sole apparet amictus,* quia munda, pura, lucida ut sol, à n. 183. Et quia quodammodo luci inacessibili immersa, n. 122. Et quia candor est lucis eterne, ibidem, & n. 618. Vnde probes inviolatam Deiparæ virginitatem & in conceptu, & in partu, n. 1033. Vt enim Albertus Magnus Mariali c. 177. *Puritas sequitur naturam luminis, & luminis: quod autem plus participat de natura lucis, plus habet puritatis etc.* Subtexit deinde: *In B. Virgine respectu omnium creaturarum non unitur, fuit gratia in summo, ergo appropinquat ad primam lucem in summo, ergo puritas in summo.*
  4. *Lunam sub pedibus premens Maria apparet,* quasi minori eo luminari longè superior. Quo symbolo portendi dixerit Deiparam nequaquam fuisse Mosaicæ legi subiectâ, sed ei legem illam subiciendam, n. 124. Vel etiam cum Bernardo dicas serm. de verbis Apocalyp. *Defectus omnis sub ea, & quicquid fragilitatis, & corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate excedit, ut meritiò sub pedibus eius luna esse dicatur.* Conculcat certè omnem defectum, fragilitatem, & corruptionem, quæ cæteris mulieribus in conceptu & partu eveniunt. Si verò Deipara, non lunam conculcans, sed lunâ splendide calciata consideretur; sanè pulchra ut luna hodie apparet, pulchricque illius gressus ob lunata calciamenta, à n. 176, 806, 1277. Lunâ item in calcæis summa Mariæ humilitas designatur cum summa exaltatione conjuncta, n. 1186, 1785. Vide Luna, & Maria, in Indice n. 20.
  5. *Stelli resplescent coronata,* quæ cœli militia solent appellari. Sic apparet terribilis, seu *veritabilis* ut castrorum acies ordinata, ob egregiam obedientiam, qua exactè & expromptè adimplet Mosaicam legem, à n. 186. usque ad 197. Ad eò exactè legi preter, ut ad latas semper illam habuerit, & pro eleganti vestitu, mundoque muliebrî, n. 1412, & 2408. Ac demum observat, cum Virgo sole, luna, stellis, conspicua apparet, perpetuò hominibus præluere, semper diu noctuque *lumen ad revelationem Gentium* præ se ferre, n. 2396. Quod verò hujus Heroinæ Filius raptus dicatur ad Deum, & chororum, mirè consonat illis verbis: *Tulerunt Puerum Iesum in Ierusalem, ut siscerent eum Domino.*
  6. *Postquam completi sunt dies etc.* Aequalis extrorsum spectatorum oculis apparet Deipara, sed introrsum nihil vulgare, nihil non notabile, ac præcellum delitescit. Perfectus enim homo totus interior debet esse, cordis homo, qui Deum habeat internæ sue gloriæ inspectorem, & laudatorem, à n. 867. Cæterum ea debet esse interioris hominis sanctitas, ut ab intus emanet ad hominem corporis, à n. 874. Videtis hac de re morale thesim apud Celadum nostrum in Tobiam c. 4. v. 20, §. 198. quâ intactâ tibi relinquo.
  7. *Postquam completi sunt dies etc.* Vt Ecclesia Mariane Virginitati attentius consulat, cereos hodie in manibus gestat ardentes, quibus apparet Deipara circumdata, & quasi redimita, dū interius ulnis portat Iesum Deo sistendū. Quò referas illud Cantic. 4. 4. *Sicut turris David etc.* de quo n. 160, 759, 120, 1108, 2394. Et observa, pro illis, *Mille clypei pendent ex ea, & transferri posse: Deus, vel agnus clypeus pendet ex ea.* ipsi item cerei accensis Christum portendunt, cuius divinitas lumen de lūne est ad revelationem Gentium: Humanitas verò cerea extat Virginea, quam Virgo Mater subministravit, ut cereus ille esset. Ita illa arguè Guerrius ser. 1. de Purif. *Cerem præparasti, quem accipi, tu ceram ministrasti suscepto luminis, Virgo Virginum Virginis, dum incorrupta Mater incorruptibile Verbum incorrupta carne vestisti.* Planè Deipara adinstar se habuit apud argumentose & pudicæ, n. 2207.
  8. *Tulerunt Puerum etc. ut siscerent eum Domino.* Vbi S. Bernard. serm. de hoc Festo: *Offert ad novam omnium reconciliationem, hostiam sanctam, Deo placentem.* Offert quidem Virgo Mater tanquam magnus Dei Sacerdos Pontificis induta vestibus, quomodo Isaias describit, à n. 734. Vide Maria, in Indice n. 13.
  9. *Ut siscerent eum Domino.* Deo obtulit Virgo Filium suum, primogenitum, unigenitumque, quasi cor suum (quod inter omnia membra primò gignitur) unde ille quodammodo prodit, n. 247. Vnde quæque ergo sacrificium hoc gratissimum Deo fuit, n. 896. Deus enim in nobis non nisi cor amat, in corde quiescit, & retinetur, à n. 892.
  10. *Ut siscerent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini.* Nempe Exod. 13. 2. & Numer. 18. 16. Vbi ex Dei præcepto, offerendus ei erat omnis primogenitus, & semel oblatus, iterum scilicet argenti quinque redimendus, quod exactè Deipara præstitit. Quid hoc, quæso? Quòd primogenitum sibi offerendum Deus poposcit, rerum omnium optima quæque principia sibi debita, & consecranda, symbolicè declarat, ut omnia sic feliciter succedant, n. 880. Ex bono quippe, vel malo principio, optima boni, vel mali eventus desumitur conjectura, à n. 876.

11. Quod

11. *Quòd autem pro primogenito suo quinque scilos, id est, viginti argenteos nummos, five reales solverit, redemptumque pecuniâ domum retulerit,* magnum certè Sacramentum continet, scilicet Virginem vel ipsius Dei piam esse empiricem, ac redemptricem. Ut enim S. Thomas à Villanova serm. de Purif. *Statutum est, ut omnis primogenitus venderetur, ut cum ille Virginis primogenitus auferretur, ipse quoque emeretur à Matre, non sibi soli, sed mundo; & per hanc ejus emptionem in omnia illius opera mundus actionem fortiretur.* O bonus & Dei, & Deiparæ, & hominum empiricus servus! Christus enim, qui venit non ministrari, sed ministrare in Mosaicæ Tabernaculo, & Salomonis Templo ministrare quasi edificabat, à n. 1279. Servus factus est, ut nos à servitute liberaret, n. 1157. Vide Christus, in Indice n. 12. Et licet Christus pretio sui sanguinis nos emerit, ac redemerit, pretium tamen à Matre accepit, unde emeret, ac redimeret, num. 1839, 1158. Vide Maria, in Indice n. 40.
12. *Opportune subinde idem Thomas: Venite nunc, & expidite, venite ad mundanas sciles: venalis hodie Deus in Templo proponitur: affat super gradus Sacerdos, omni volenti emere Christum vendens; propretate, emite, non magnum est pretium, quinque scilos hodie salus, & vita comparatur; non de marsupio, de corde hos scilos expedit, ut donentur etc.* Vide à num. 1275.
13. *Et ut darent hostiam etc. par turarum, aut duos pullos columbarum.* Consultit lex Mariane puritatis, quæ perichitari videbatur, dū sese ceremoniali subijciat legi: Turres enim, & columbarum pulli pudicissimi sunt, & puritatem Deipare, pro qua substituebantur, portendebant, n. 563, 625, 1159, 1999.
14. *Et ecce homo erat in Ierusalem. Et homo iste Iesus, & timoratus, O quam benè! Notantur appellatur homo, & homo, qui justus & timoratus erat.* Nam ille quidem verus est homo, qui Deum timet; cum impius non homo sit verus, sed vanus, vacuus, & nihil, à n. 1599.
15. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum, id est, Iesum.* Nam præter unum Iesum non est quod amplius intueamur; in illum unum, uti in præcipuum scopum, nostra omnis oculorum ac mentis acies collinare debet, nisi miserè abertet, à n. 38.
16. *Lumen ad revelationem Gentium.* Rectè quidem 3 quippe Christus solis instar præfulgens, vel barbaras qualque, distictæque nationes illuminat, necessestina Evangelicæ doctrinæ luce, à n. 2378. Magnum hoc etiam Virginis negotium est, & cuius ulnis lumen Christus apparet ad Gentium illuminationem, à n. 2390.

Pro Assumptione Virginis Deipara.

1. *Intravit Iesus in quoddam castellum etc.* Luc. 10. De glorioso Mariæ introitu in Emphyream domum, festivè agitur, & Ecclesia nobis Evangelium elucidat dum proponit, quod de Christi agnitione in Virginis utero cum respectu ad Mariam, quæ Christum in domum excepit suam. Quæ isthæc utriusque rei convenientia? Arcana antiquæ quæ nepe univèrsæ Deiparæ gloriæ ab utero ejus Virginis Deû hominem continente, abundè pronant. Idèd David Pl. 44. cum de scriphiet eximiam tantæ Reginæ in cœlo assumptæ gloriæ, juxta matorum Patrum mentem: *Assitis Regiæ etc.* subtexit: *Omni gloria ejus sicut Regi ab intus, id est, à visceribus, à fructu ventris: de quo n. 610, 868, 885.* Quò veniunt S. Thom. à Villanova verba serm. 2. de Nat. B. Virg. ubi inquirens, cur Evangelistæ de Mariane gloria nihil nobis scriptum reliquerint, respondet: *Quia Virginis gloria, sicut in Psalmo legitur, omni intus erat, & magis cogitari poterat, quàm describi. Sufficitque ad ejus plenam gloriam quod scriptum est, quia de illa natus est Iesus.* Imò quia Virgo concipiebatur, ut Dei Mater; celestis Beatitudinis gloriam, qua jam fruuit in cœlis, inceptisse nonnulli arbitrantur à primo suæ mundiffimæ Conceptionis initio, à n. 610, & à n. 883.
2. *Intravit Iesus etc.* Cum Maria in cœlum intrat, intrasse in ejus utero Iesus prædicatur. Certè Deipara vei à prima matre de creatione Dei Mater conclamatur, quasi ex tunc & Christus in ejus viscera, & ipsa in Emphyreas Fili sedes intraverit, à n. 1103. & vide quæ de Christo dicimus n. 1080, & à n. 1075. Vide Maria, in indicen. 14.
3. *Intravit Iesus etc.* Intravit Deus in Virginis utero, ut ibi humanam sibi naturam à Matre acceptam hypotaticè uniret, & infinita propemodum gratia & gloria concederetur. Quantum propterea Christus Mariæ fide debeat, expendimus accurate à n. 2133. Quantum ei gratiam contulerit, vel à puncto sue Conceptionis, statim à n. 2146. Et quanta emittit Virgini gloria obveniret ex infinita maternitatis dignitate, & immenso gratiarum cumul, coniectare licet. Tanta urique celestis ejus beatitudo est, ut quamvis summa, supremaque sit, adhuc Filius debitor Ma-

- tris constituitur, quasi nunquã tantum ipse rependat beneficium à Matre acceptum, n. 1706. ex Methodio, & n. 2152.
4. *Intravit Iesus in quoddam castellum etc.* Huc spectat Davidis religio in sacram, & coronatam Testamenti Arcam, & Regius apparatus, quo eam in augustum sacellum in ipsa sua domus Arce fluctuata, adduxit, de quo à n. 438. Certè Deiparam per Arcam designari, indubium est, n. 481, 1106, 2160. Deinde Damascenus pro nobis stat Orat. 2. de Dorm. B. Virg. *Hodie sacra, & animata Arca Dei vivens, quæ suam in utero concipi Creatoris, requiescit in Templo Domini: & David exultat ejus parentis, & cum eo choro ducit Angelus etc.* Ostendit id quoque ipse David Pl. 131. 8. *Surge Domine etc.* de quo n. 1106.
  5. *Intravit Iesus etc.* A puncto, quo in utero Virginis Iesus intravit, Dei sponsa declarat, & docis loco Emphyrem accipit Palatium celestis Beatitudinis ierem: veluti si impatienter tulisset Deus suam tam glorioso Virginis uteri hospitio differri præmium, n. 1104. A die verò Assumptionis totum materno jure possidet cœli Regnum, n. 1105. Dox enim illæ sorores unam Virginem Matrem designabant; in Mariæ terrenum hospitium à Deipara Domino præstitum, in Mariæ hospitium celeste adumbratur, quod ei à Christo paratum erat ob hospitium sedulitatem; quasi eodem prorsus tempore tum hospiti obsequium, tum etiam hospitii viferetur remuneratio, in una Deipara utrumque uno vinculo copulatum.
  6. *Intravit Iesus in quo dam castellum.* Ubi S. Thomas à Villanova serm. 1. de Assumpt. *Quod castellum fortius, quod firmius, quàm pulcherrimum, quàm Virgo sacratissimè: De hac Virgine legitur in Cantico: Sicut turris David collum tuum etc.* Ad instar fortissimi turris, & arcis pugnicissimæ in cœlis stat Virgo tota hominum protectioni, atque æternæ salutis incumbens, n. 1190, 723, 759, 1020. Et monstrans virtutis semitas rectè euitis in cœlum, n. 2251. Non opus est dicere, *Dic illi ut me adjuvet;* nam tota oculata ibi perstat, ut patrona nostra, n. 2198, 2413. Tota trãnsiens & peragens negotia nostras, n. 2254. Et quidem non nisi per illam fortunatissimè negotiamur, n. 2253. Imò magnum illius negotium extat mundi illuminatio, à n. 2390.
  7. *Maria optimam partem elegit.* Nimium in morte ipsa triumphum de morte, quam jam, vel ab ipso vitæ principio, conculcaverat. Quò spectat illud: *Ipsa contoret caput tuum etc.* de quo multa. Vide in indice locorum sacre Scripturæ Genes. 3. 15. Et observa ad id, in ipsiâberis calcaneo ejus, Eucherii interpretationem: *Calcaneum mulieris est extremum vite nostre tempus, inimici tentatam in hora mortis temeritatem Virgo occurrat & refellere, & castigare, benè ac præparè verè calciata: Quam pulchri sunt gressus tui etc.* de quo n. 157, 1187, 1279.
  8. *Optimam partem elegit.* Nempe corporis incorruptibilitatem, & mirum splendorem: Virginitas enim cad. ver luminolum, & gloriôsè coronatum, vel ante ipsam etiam resurrectionem, n. 963. Sepulchrum ejus sit r. dum, laquearia cedrina incorruptibilia, n. 1727, 1941, 1945.
  9. *Optimam partem elegit.* In corporis resurrectione, de qua jure merito S. Petrus D. mianus serm. de Assumpt. *Tota conglomeratur Angelorum frequentia, ut videntur Regiam seantem à dextris Domini videntur, in vestitu decorato, in corpore semper immaculato, circummictam coronatæ, virtutum multiplicitate distinctam.* De corpore Deiparæ glorioso verba illa Pl. 44. 10. explicat etiam S. Athanasius, n. 596. Vbi ex eo probat, Virginem in cœlo esse carne variegatam, offibus suffutam, quia Filius ejus in Emphyreo regnans, ipsam incarnationem cœli indutam, perpeuo gestat. Quasi necessam sit ibi carnem Virginis esse & offi, ut ex illis delibata, & sicca caro & ossa Christi integrè persistant, veluti si adhuc figuratur ex illis: idèd ait, *Incarnationem* perpetuò gestari à Filio, cum carnem dicere debeat; incarnationem enim ipsa est actio, qua ille carnem assumpserat, dum Mater genuit. Ut hinc etiam appareat, quàm opportune Incarnationis œconomia hodie repetitur cum de Mariæ in cœlo assumptione agitur.
  10. *Maria optimam partem elegit: id est, cœlum ad quod corpus Deiparæ spectabat, illique debebatur.* Sed quo jure? Optimo quidem: nam vel ipsam ejus materiam latet, pura, splendidiq; fuit, à n. 632, & à n. 1295. Et quia similiter illius formatio sancta exiit, pura, firma, stabili, n. 957, 1299, 547, 519, 597. Vide Maria, in indice n. 6 & 7. Vnde Mariano corpori in hac vita in fuisse in choatæ Beatitudinis dotes ex Virtutum abundantia, n. 562. Verè de illo corpore Deiparæ, non dabo sanctum tuum videre corruptionem. Pl. 15. v. 10. Ut enim egregè S. Bernardin. senect. 1. serm. 52. a. 1. c. 1. *Sicut non deus Dominus sanctum suum videre corruptionem, id est, Christum; sic nec sanctum suum, de qua natus est sanctus, sui corpore, & anima in cœlum assumpta est.* Quò etiam argumento S. Aueustinus serm. 4. de Assumpt. putredinem à Mariano corpore propulavit.

Pro